Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26099
Copyright: Admont, Benediktinerstift



30

Nempe primo hoc ipsum quod pleno olei cornu inunguntur quod
mysterii quod pulchritudinis habet in insecto. Plenitudine
olei qua pater unctus est. recte omnis plenitudo diuinitatis
intelligitur. quae non in filio ei inhabitat corporaliter. Nisi enim
huic ad mensuram dedit dominus spiritum sanctum. tot in illo septiformis
spiritus reqeuiescit. quod scientis ipse deque hec dicunt. fuit pater filii
cum dilexisse illum. dilexisti iustitiam. et odisti iniquitatem. propterea
oleo letitiae. continuo subiunxit. propter participes tuos. id est omnibus
sanctis. propter omnibus unctis. Nam singuli sanctorum diuisiua vt par
ticulari gratia sunt inuncti. in isto autem omnis ut iam dictum est
inhabitat plenitudo diuinitatis. XXVI.

Sic iam sciendum est. quia hic talis et tanti filii propha et pater
tertio unctus est. Primo hic a samuhele in medio fratrum
suorum nesciente saul. secundo in hebron super domum iuda. mor
tuo saul. tertio uniuersum israel. deiecta a spe regni omni do
mo saul. Plane in isto quasi speculo tota unctionis xpi for
ma praefulsit. Ille nanque tertio unctus est. Primo unctus ubi de
spiritu sancto concepti est. secundo ubi baptizaretur ueniente super illum
spiritu sancto in specie columbae demonstratus est. tertio ubi resur
gens ex mortuis tantam unctionis suae gratiam in suos fide
les diffudit. quantam hic idem unctus rex futurus pater illi commi
dare cupit his uerbis. Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. et
sicut unguentum in capite descendit in barbam aaron. quod descendit in oram
uestimenti eius. Vbi enim resurrexit ipsa die stans in medio discipulorum suorum. di
censque pax uobis insufflauit. et accipite inquit spiritum sanctum. et primo
modum sedens a dextris dei misit eundem. et iterato dedit spiritum
sanctum. Ita unguentum uerum de capite in barbam aaron. et in
oram uestimenti eius descendit. id est spiritus sanctus de xo quod caput nostrum est primo
in illos fortes ac perfectos uiros apostolos xpi. ac deinde per mi
nisterium illorum in totam ecclesiam descendit. XXVII.

Prima unctio data est in domo patris hoc modo fit. quomodo
inquit samuhel uadam. Audiet enim saul. et interficiet me.